

*Bibla Lib<sup>a</sup> Ill<sup>is</sup> Col<sup>le</sup>g<sup>ii</sup> Casaneca.*

A V R E L I V S  
P R V D E N T I V S  
C L E M E N S

T H E O D O R I P V L M A N N I C R A N E N -  
B U R G I I , E T V I C T O R I S G I S E -  
L I N I O P E R A , E X F I D E D E C E M  
L I B R O R V M M A N V S C R I P T O -  
R V M , E M E N D A T V S ,

E T

I N E V M , E I V S D E M V I C T O R I S  
G I S E L I N I C O M M E N T A R I V S .



A N T V E R P I Æ ,  
E x o f f i c i n a C h r i s t o p h o r i P l a n t i n i ,

C I O . I D . L X I V .

C V M P R I V I L E G I O .

TENOR PRIVILEGII.

Règis Priuilegio cautum est, ne quis Aure-  
lium Prudentium, Theodori Pulmanni  
Cranenburgij, & Victoris Gisclini opera,  
emendatum, citra Christophori Plantini  
voluntatem, à die impressionis absolutæ  
ad sexennium imprimat, aut alicubi im-  
pressum importet, venalem'ue habeat.  
Qui secùs faxit, confiscationis librorum,  
& quinquaginta florenorum pœna, fisco  
Regio exoluenda, multabitur: vt latius in  
Regio diplomate expressum est. Dato  
Bruxellæ xviij. Martij, anno Domini  
M. D. LXIII. stylo Brabantia.

Signat. I. Fabri.

THEODORVS PVLMANVS  
 CRANENBURGIVS  
 FRANCISCO BALSANO  
 BRVGENSI

S. D.

**N** VLLVM vitium, Balsane integerrime, turpius, & ab hominis natura alienius est, quàm accepti beneficij immemorem esse. Ingrato enim, vt Menander ait, terra peius nihil creat. Huic crimini maximè obnoxius essem, & meritò secūdum Persarum leges seuerissimè puniendus, si illa tua officia in me olim benignè collata, vllò modo dissimularem, aut obtegerem. Quod ne facere viderer, pauperis mulierculæ, cuius sacræ litteræ meminerūt, exemplum imitatus, quadrantem, siue munus leuidensæ iam tandem tibi offero: exiguum sanè, neque tuis beneficijs dignum: sed huius tenuitatem tuæ

A 2 huma-

7

AVRELII PRVDENTII  
CLEMENTIS V. CL. IN ΨYXOMAXIAN  
PRÆFATIO.

*Versus Iambici trimetri acatalecti.*

u - u - - - u - - - u -

5  
10 **S**ENEX fidelis, prima credendi via est,  
Abram, beati seminis serus pater:  
Adiecta cuius nomen auxit syllaba,  
Abram parenti dictus, Abraham Deo.

Senile pignus qui dicauit victime,  
Docens, ad aram cum litare quis velit,  
Quod dulce cordi est, quod pium, quod unicum,  
Deo libenter offerendum credito.

15 Pugnare nosmet cum profanis Gentibus  
Suasit, suumque suasor exemplum dedit:  
Nec ante prolem coniugalem gignere,  
Deo parente, matre Virtute editam,  
Quam strage multa bellicosus spiritus  
20 Portenta cordis seuientis vicerit.

Victum, feroces sorte Reges ceperant,  
Lot, immorantem criminosis urbibus  
Sodomæ, & Gomorrhæ: quas fouebat aduena  
Pollens honore patruelis gloriæ.

25 Abram sinistris excitatus nuntijs,  
Audit propinquum sorte captum bellica,  
Seruire duris Barbarorum vinculis:  
Armat trecentos, terque senos vernulas,  
Pergant, ut hostis terga euntis cadere:  
30 Quem gaza diues, ac triumphus nobilis  
Captis tenebat, impeditum copijs.  
Quin ipse ferrum stringit, & plenus Deo  
Reges superbos mole prædæ graueis

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS  
PLANTINVS ANTVERPIÆ,  
ANNO MD. LXIV. III.  
NON. AVGVSTI.

VICTORIS  
GISELINI, IN AVRELII  
PRUDENTII CLEMENTIS  
V. CL. OPERA,  
COMMENTARIUS.



ANTVERPIÆ,  
Ex officina Christophori Plantini.

CIO. IO. LXIV.

CVM PRIVILEGIO.

ARNOLDVS MANLIVS AD  
V. GISELINVM SVVM.

*Fœdatis mendis veteres sine honore iacebant:  
Barbaries tanti maxima caussa mali.  
Egregium forme decus, antiquumq; nitorem,  
Reddidit hæc ætas ingeniosa viris.  
Solus adhuc Christi vates lacera ora ferebat,  
Expertus medicas non erat ille manus.  
Vidit, & indoluit Gifelinus. hic acribus, inquit,  
Indiget auxilijs: huic opus arte mea.  
Macte tuis animis, dabis hæc si munera nobis,  
Te pia posteritas, & tua facta canet.  
Sic domitis quondam monstris Tirynthius heros,  
Sic retulit Phœbi nomina magna puer.  
Ille manu victrice nocentia contudit orbi:  
Hic animas luci reddidit arte sua.  
Tu quia Victor, & in medica versatus es arte,  
Utraq; Clementi das pia dona tuo.  
Ergo iam nitidus, iam demùm vivus, honores  
Quos meruit quondam, te tribuente, capit.*

VICTOR

VICTOR GISELINVS THEO-  
DORO PVLMANNO S.

E GO verò, Pulmanne, tarditatem ingenuè ag-  
nosco meam. Omnino enim facere non potui, vt  
promissa, quo tempore dictum erat, apparerent:  
non quòd me negotij istius odium ceperit, (quan-  
quam cepit) sed, quia tanto studio cupiui telam,  
quam semel exorsus sum, ex animi mei sententia  
pertexere. Itaque non scholia, vti promiseram, sed  
commentarium nunc ad te mitto. in quo, quid  
præter meum in variantibus lectionibus iudici-  
um contineatur, malo te ex ea, quæ ad Lecto-  
rem est, præfatione, quàm ex meis verbis intelli-  
gere. Tuum verò nunc erit ea diligentia editioni  
præesse, vt omnes nouis mendis aditum potius  
præclusum esse existiment, quàm sublata vetera.  
Quam laudem si tibi solidam feceris, non dubita-  
bo eam laboriosissimis exemplarium tuorum com-  
parationibus antefere te. Ad G. Fabricium quod at-  
tinet, profecto homo ille, quem ego cum in omni  
litterarum genere, tum in poëtices arte optimis pa-  
rem esse semper iudicauit: omnium solus ad hanc  
prouinciam obeundã fuit idoneus. Ceterùm, quo-  
niam eundẽ vnico exemplari vsum esse scribis, for-  
maque exemplaris illiusmodi est, quæ pueris & cõ-  
stare magno debeat, & minùs sit accõmodata, ratio  
nẽ nõ video, cur propterea ab incepto desistamus.  
Tu igitur, nisi quid melius consulis, te ad euul-  
gandum accinge & prudẽter, & gnauiter, vt soles,  
Vale. Louanio x i i. kal. Maij. anno c i o. i o. l x i v.



# VICTORIS GISELINI IN

AVR. PRVD. CLEMENTIS V. CL. ΨY-  
XOMAXIAN COMMENTARIVS.

CANDIDO LECTORI S.



CONSILII nostri rationem, & ordinem ne ignores, sic habe. Cùm ante sex annos Brugis Flandrorum humanioribus litteris operã darem, Arnoldus Laurentius Berchemus sacrorũ poëtarũ æstimator summus, idemq; poëta non vulgaris, quo tum familiarissimè utebar, omniũ quæ in Prudentij opere maxima diligentia annotauerat, me tã boni auctoris miserimam sortem deplorantem aliquando participem fecit. Vulgatam enim editionem grauisimis vulneribus deformatam, Lugdunensem dico, Basiliensem atque Antuerpianam, sedulo ille cum Aldina, quæ apud nos rarior est, diu antè contulerat. Nactus deinde Gandauensia duo apographa descripta manu, tanto animi studio singula examinarat, vt, si vita suppeditasset, ex istiusmodi laboris genere minus fastidij, plus oblectationis, & gloriæ nemini alij fuerit accessurum. Ille autem immatura planè morte nobis ereptus, cùm, inter alia suæ diligentie pignora, hæc annotationes mihi reliquisset, non multò post huc Louaniũ ad grauius aliquod studium arripendum redij. Ibi hospes meus humanissimus Lucas Mæra I. C. litterarum egregius amator, tertium Prudentij exemplar litteris etsi non ita vetustis, emendatissimè tamen exaratum donauit. Eo igitur fretus, cum vertente anno in patriam reuersus, ibiq; nactus non nihil vacui temporis, ob mutatũ studij genus, ceppi diligentiũs omnia peruolutare, singula inter se conferre, nihil denique ommittere, quod in huiusmodi obseruationibus vtibile fore existimarẽ. Atque hæc animi duntaxat causa, Incredible enim, quantos voluptatis fructus ex huiusmodi exercitatione caperem. Nihil etiam minus suspicabar, quàm futurum esse, vt alij, quibus à re sua plus otij esse, quosq; id decere magis audieram, modis adeò miseris auctori mutilato medicas cessarent afferre manus. Quanquam longè aliter euenit. Cùm enim mihi Parisijs in re Medica occupato alter pæne annus effluxisset, & occasione nescio qua Hieronym. Marneffio, qui plerosque Latinos auctores minore, quam  
vocat,

# SYMMACHI, ET AMBROSII DE RELIGIONE

EPISTOLÆ ADVERSARIÆ, PETRI

NANNII ALCMARIANI, ET

VICTORIS GISELINI

SCHOLIIS ILLV-

STRATÆ.

V. Giselinus Ioanni Gelrio inuentutis Bru-  
genfis moderatori eruditiff.

*Donaturus eram tibi hanc opellam,*

*Præceptor mihi plurimum colende:*

*Sed Phœbus vetuit. quid? inquit, an' non*

*Quæ tu cunq; tua esse credis, hæc sunt*

*Adhuc ipsius, ut fuere quondam?*

G 4

L. AV.

D. ERASMI ROTERO-  
DAMI IN DVOS HYMNOS

AVR. PRVDENTII COM-  
MENTARIVS.

\*

*Erasmus Roterodamus castissimæ puellæ  
Margaretæ Roperæ s. D.*

**T**O TIES iam prouocor tuis, sororumq;  
tuarum litteris, optima Margareta, tam  
sanis, tam argutis, tam modestis, tam  
candidis, tam amicis, vt etiam si quis  
titulos detrahat, Thomæ Mori *ἡμισία τέτρα* possim  
agnoscere. Ne verò semper videamini cecinisse sur-  
do, studijs quibus obruor, paullulum otij suffura-  
tus, hisce diebus Natalicijs, paravi munusculum,  
quod spero vobis non ingratum futurum. Quod  
felix faustumq; sit, Guilielmus Roperus ea morum  
integritate, suauitate, modestiaque præditus, vt ni  
sponsus esset tuus, germanus videri posset: dedit ti-  
bi auspiciatissimas coniugij primitias, aut si mauis,  
tu illi dedisti: vel, vt veriùs dicam, vterque dedit al-  
teri *παιδίον*, quod diffuauietur. En mitto tibi & alte-  
rum puerum, multò auspiciatissimum IESVM na-  
scentem Iudæis, & mox illucescentem Gentibus,  
qui connubij vestri prouentum bene fortunabit,  
qui que studiorum vestrorum verus erit Apollo,  
cuius laudes pro Fesceninis tuis infantulis lyræ po-  
teris occinere. Solus enim hic dignus est, qui fidi-  
bus,

314. 13. dist. *etiam*,  
 314. 14. dist. *recenti*,  
 316. 14. dist. *ignoro: quid possit, & unde oriatur:*  
 319. 17. dist. *Deum, nulli*  
 320. 24. *Nate ad procinctus*  
 330. 14. *abimcta*) vt idem sit, abiunctum esse, quod dista  
 re & abesse.  
 331. 1. quod referentis particulae officio fungitur: vt paul-  
 lo infra: *Quod sunt.* Sensum explicui in Comment.  
 332. 6. dist. *operitur*,  
 335. 8. *nouum*  
 338. 1. *Deum*: accusandi casus, non gignendi.  
 339. 3. *inuenta*,  
 341. 2. *Tetrasticha* debuisse, ac debere appellari aliam o-  
 stendi.

### Errata in Commentario admissa.

Quar. pag. versu

- |                                      |  |
|--------------------------------------|--|
| A. 8.                                | 14. lege, alius liber.                                     |
| 12. 9. <i>sulfurea</i>               | 13. 28. <i>demum</i>                                       |
| 15. 3. <i>incultata, ea adscriba</i> | B. 2. 16. <i>extorsisse</i>                                |
| 7. 23. <i>relinquo,</i>              | 12. 24. <i>sacrum quasi</i>                                |
| 13. 8. <i>insuperabilis</i>          | 14. 12. <i>laudaturos</i>                                  |
| 18. <i>liberas</i>                   | 15. 40. <i>Antea, paru. inepte.</i>                        |
| C. 6. 7. <i>Supplicum</i>            | 10. 24. <i>omnia,</i>                                      |
| 41. <i>deductum est,</i>             | 15. 11. <i>palmam</i>                                      |
| D. 3. 16. <i>aethereis,</i>          | 5. 7. <i>Scantinio</i>                                     |
| 30. <i>detrahit</i>                  | 7. 19. <i>secundas</i>                                     |
| 8. 6. <i>malunt</i>                  | 19. <i>Itaq;</i>   |
| 15. 25. <i>facta</i>                 | E. 11. 23. <i>aliquando impijs</i><br><i>Turcis minus.</i> |

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS  
 PLANTINVS ANTVERPIÆ,  
 ANNO MD. IO. LXIV. VI. KAL.  
 NOVEMB.